ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, Dn. FRANCISCO A DEITRICHSTEIN, MISERATIONE DIVINA S.R.E TITULO S. SYLVESTRI CARDINALI PRÆSBITERO, EPISCOPO Olomucenſi, Regalis Eccleſiæ Bohemicæ Comiti, S. C. M. Conſiliario, &c. Principi ac Domino ſuo colendiſſimo.

CUM, ILLUSTRISSIME ET REVERENDISSIME Princeps Symbolorum Heroicorum Tomum abſolviſſem alterum, eum cuinam dedicarem deliberanti, Tu mihi occurriſti, non ſolum loco excelſo natus; ſed ingenio quoque ſublimi præditus; avitis propriisque, germanis virtutibus clariſſimus; ideoque CLEMENTI VIII. PONTIF. Max: & RUDOLPHO II. IMRERAT: chariſſimus; Purpuratos inter pietatis ſplendore nitens; inter Senatores verò judicis dexteritate eminens; verè Heros. Hujus igitur fœlicitatis Tuæ maximæ, ut, cum Summis quibusq; ne nimium etiam congratulantem admittere, hancque compellationem & dedicationem voti & ominis boni nomine inſtitutam, accipere digneris, iterum atque iterum rogo. Vale.

Illuſtriſſ. Veſtræ
Celſitud:

Servus obedientiſſ.

Ægidius Sadeler.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

HIEROGRAPHIAM, VT PRIori Tomo, uſurpamus, pro integro Myſterio.

CUJUS PATRES SUNT
HIEROGLYPTON ET SYMBOLUM.

Id Eſt.

PICTURA ET SCRIPTURA

SVNT AVTEM

Hierographiæ Cardinalium	XCVII.
Hierographiæ Mag Ordinis S. Joan:	IV.
Hierographiæ Patriarcharum	VII.
Hierographiæ Electorum	XIV.
Hierographiæ Archiducum	XXV.
Hierographiæ Princip: Imperij	XCVI.

CANDIDO

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf